

Laes. catal.

eiusdem reos tanto imperiali dampnari et subiri procuravit. Insuper ipse <sup>2)</sup>idem Heinrichus archiepiscopus <sup>1)</sup>duos fratres dicti comitis homicide, videlicet Theodericum Monasteriensis et Engelbertum Osnaburgensis ecclesiarum episcopos tamquam de facta fratres suspectos ab episcopali dignitate et officio pontificali deponi procuravit. Ad ultimum autem dicto comite profugo insidias undique statuens ipsum in Leodio captum a quodam milite pro duobus milibus marcarum redimens Coloniā adduci atque rotali supplicio plerumque demandavit, prout hec <sup>3)</sup>supra in gestis dicti domini <sup>4)</sup>Engelberti archiepiscopi plenius continentur.

vi

Conradus ecclesie Coloniensis pontifex LI.

an 1238 apr.

Quingagesimus primus ascendit ad pontificatum Coloniensis ecclesie Conradus natione de Hoystaden <sup>1)</sup>maior prepositus, vir tanto honore et nomine dignissimus, sedens in cathedra episcopali annis <sup>37</sup>33 atque dimidio. Hic suo tempore Coloniensem ecclesiam amplis possessionibus et nobilibus prediis plurimum <sup>4)</sup>sublimavit. Fuit autem iurium et libertatum ecclesie pugil strenuus et propugnator, prospera simul et adversa secundum varietatem temporum equo animo ferre <sup>5)</sup>doctus. Unde ipse per Wilhelmum comitem Juliacensem ecclesie Coloniensis illo <sup>6)</sup>

1242 ian. sine fol.

tempore infestissimum persecutorem in conflictu. <sup>7)</sup>Helliro captus in castro ipsius comitis scilicet Nyderke <sup>8)</sup>per aorem menses iacuit vinctus. <sup>9)</sup>Isle in aggrediendis <sup>10)</sup>arduis intrepidus cum Frederi-

1245 iul. 17.  
Martin. Polon.

cus II. imperator per Innocencium IV. papam ab imperio fuisse depositus, tamquam sedis apostolice filius obediens et fidelissimus de mandato ipsius domini pape ad excludendum ab imperiali

<sup>2)</sup>ipse deest 3. 0) episcopus 2. 1) Osnab. 1. 2) Monasteriensem, Osnaburgensem 4. 4. 4. 1).  
<sup>3)</sup> hoc 3. 4) domini deest 3. 5) continetur 3. 6) Hoystaden 1. Hosteden 3. natione comitum de Dassel Hoystaden (!) 5. 7) plurimum deest 3. 8) fere 3. 9) ab illo 2. 10) conflictu 2. 11) Nyderke 1. Niderke 3. 12) aggrediendum 3. a) atque 2. 3.

1246 ad

Mart. 3.

1256.

1257.

<sup>37</sup> De tempore cf. Annalen d. hist. Ver. f. d. Nieder- rhein 1870 p. 245.